

hinc mancipatio i. e. civilis translatio Domini. de quib. *Ulpian. in fragm. tit. 19.* Autoritas, quo verbo utebantur, pro jure legitimi domini, *ut in leg. 12. tabb.* quod subreptum erit, ejus rei æterna autoritas esto. *Dominicum, lib. 2. Feud. tit. 35.* ibi: Episcopi & Clerici ea, quæ in Dominico habent, olim dederunt, & hodiè dant. *Dominium proprietatis l. 46. §. 1. l. 74. de furt. l. 4. C. de probat. Proprietas l. rectè dicimus 25. de V. S. §. 44. & 45. Inst. de rer. divis. l. 9. §. 6. & 7. l. 13. pr. & §. 1. l. 36. d. acq. rer. dom. Proprium l. 28. d. acq. rer. dom. l. 10. C. de edific. priv. Jus domini t. t. C. de jur. dom. impet. veritas l. 136. de reg. Jur. & probat sturc. ad d. l. n. 1. & Dominium absolutè.*

V.

Dominium (a) est jus (b) constitutum in re corporali (c) quo ea propria est. (d)

(a) Quamquam Jurisconsultorum non sit ambire scrupulosam ac supersticiosam definiendi facultatem; necessarium tamen est communi Eruditorum consensu rei ipsius præmittere definitionem *Cic. lib. 1. Off. Arist. 2. Analyt. 7.* Dissentiunt autè ferè omnes circa tradendam Domini definitionem *Treutl. vol. 2. disp. 20. t. bes. 1. lit. m.* Aliter enim definit *Bart. ad l. si quis 17. §. 1. num. 4. & 5. de acq. poss.* quem pleriq; sequuntur, & latè propugnat *Schurff. cons. 50. cent. 1. num. 1.* Aliter *Giphanius, Forsterus,* quos refert *Hahn. ad par. Wesf. de acq. rer. dom. num. 3.* Aliter *Coros. 6. miscell. 20. num. 1. Donell. lib. 9. comm. c. 8. Myns. Wesenb. Treutl.* Nos hic sequimur cum primis autoritatem *D. Hahnii in disp. de jure rer. Concl. 37.*

(b) Jus esse nemo dubitat & patet ex *l. si ita 126. §. 1. ff. de V. O. Vasq. illust. Controv. c. 41.* Aliud etiam est res ipsa, aliud jus rei; sicut differt hereditas à rebus hereditariis.

(c) Quod arguit rubrica de *acquir. rer. dom. §. 1. 3. §. 5. & tot. rubr. C. de jure Dom. impetr.* atq; hoc ipso distinguitur ab obligatione, quæ est jus in persona *l. 25. in pr. ff. de O. & A. & patet ex l. 3. in pr. ff. eod.* plenius etiam confirmat *Vultejus,* obligationes ad jus rerum non pertinere in *Comm. ad tit. Inst. de Oblig. in pr.* Porro notanter dicimus; Dominium esse rerum corporearum tantum, non etiam incorporearum *contra Vultej. ad pr. num.*

num.